UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Jsidoro martyre. Cap[itulum]. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

contemplatiuā deſignat: ſedebat ad pedes dn̄i et audiebat verbū illius. ¶ Circa quartū autē notandū ꝙ operatio fructuoſa effectus ſubſequentis notaꝛ in ſex effectibus: quos ſpūſſanctus adueniens operatus eſt: qui continenꝛ in illa auctoꝛitate Johānis. xvi. Paraclytus aūt ſpūſſanctus ⁊c. ¶ Pꝛimo ad conſolandum meſtos: quod notatur ibi paraclytus: id eſt conſolatoꝛ. Eſa. lxi. Spiritus domini ſuper me. ⁊ infra. vt ponerem conſolationē lugentibus ſyon. ¶ Secundo ad viuificandū moꝛtuos: quod notatur ibi ſpiritus: quia ſpiritus eſt qui viuificat. Ezechiel. xxxvij. Ecce ego mittam in vos ſpiritum ⁊ viuetis. ¶ Tertio ad ſanctificandū imundos: quod notatur ibi ſanctus. pſalmiſta. Fluminis impetus: id eſt inūdans gratia ſpiritus letificans ciuitatem dei. ⁊ infra. Sanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimus: per ipſum videlicet flumen. ¶ Quarto ad pacificandum odioſos: quod notatur ibi pater. Nam pater naturaliter diligit filios. Johānis. xvi. Ipſe enim pater amat vos ⁊c. ¶ Quinto ad ſaluādum iuſtos: quod notatur ibi. In nomine meo: quod ē Jeſus: qui ſalus interpꝛetatur. gloſa. In nomine ieſu pater miſit ſpiritū: vt oſtendat ꝙ ad ſaluandas gentes venit. ¶ Sexto ad docendū ignaros: quod notaꝛ ibi: qꝛ ille vos docebit oīa Joh. xiiij. Cum aūt venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnē veritatem.

¶ De ſancto Iſidoꝛo martyꝛe. Cap. ij.

ISidorꝰ martyꝛ Alexandrie oꝛtus tempoꝛe Decij imperatoꝛis apud chium inſulam paſſus eſt. Hic cū eſſet chriſtianus occultus Numerianū pretoꝛem a decio ad ipam inſulam miſſum comitatus eſt: ⁊ apud quandā peccatricē aphꝛam nomine: que tres puellas publice oīibus ſe pꝛoſtituentes detinebat hoſpitatus eſt. Quas ſanctus nocte illa cū amelio eius comite chꝛiſtiano in fide chꝛiſti erudire cepit. Cū autē puelle eius pedibus pꝛouolute miſericoꝛdiā ⁊ animarum ſuarum ſalutem expeterēt. Interea lucerna extinguiꝛ: ⁊ dum vna ex puellis ad ipam accendendam egrediꝛ: oꝛante ſancto martyꝛe: celeſti luce domus ſubito illuſtraꝛ. Quod puella lumine mutuato rediens ⁊ videns obſtupuit: ⁊ lux illa celica tota nocte perſeuerauit. Cū autē aphꝛa mane facto hec oīa matri ſue retuliſſet illa conuerſa ad ſe ſanctū accerſiuit: ⁊ ab eo veritatem fidei didicit: verum poſtq̄ puelle cum aphꝛa octo diebus ieiunijs ⁊ oꝛationibꝰ admonēte ſancto martyꝛe Iſidoꝛo inſtitiſſent: apparuit diabolus in ſpecie ethiopis teterrimi: qui de ſancto viro Iſidoꝛo querelam faciebat: eo ꝙ ſibi res ſuas ſubtrahebat: et ne ſanctus ipſum in abyſſum demergeret: exoꝛabat. Cui martyꝛ domini id ſe facturum pꝛomiſit dūmodo demō dꝛaconem occidat: qui in ipſa inſula apud quēdam fontem habitans plurimos peremerat. Sicqꝫ diabolus dꝛaconem interfecit: ⁊ Iſidorus fontem purgauit. Aphꝛa ꝓo cum puellis ⁊ matre cōuerſe ſunt: ⁊ a preſbytero phyllozonio baptizate. ¶ Hec audiens Numerianus iſidorum tenuit: ⁊ pꝛimo in quattuoꝛ lignis extēſum bouinis neruis crudis grauiter cedi iuſſit: deinde in carcerem miſit. Et cum chꝛiſtū conſtanter confiteretur: inde eductus pedibus equo alligatur: ⁊ per aſpera ⁊ crepidines montanas diſtrahitur: moxqꝫ virtute diuina in ipſo loco per quem tractus eſt: aculei ⁊ ſpine in arboꝛes gūmi maſtiches defluentes conuerſe ſunt: ⁊ in teſtimonium eius martyꝛij manāt vſqꝫ in p̄ſens: nec valent in loco altero tranſplantari: quin cōtinuo deſiccanꝛ: aut gummi nunq̄ emittūt. Deinde in camino ignis immiſſus: cum inde illeſus exiſſet: iuſſu numeriani decollatus ē. Coꝛpus quoqꝫ eius in puteo a paganis pꝛoiectum ab amelio eius comite: ⁊ murope ſancta matrona inde leuatum iuxta eūdem puteum ſepultū eſt. Sed ⁊ ſupꝛa coꝛpus ⁊ puteum proceſſu tēpoꝛis baſilica a fidelibus conſtructa: puteū intra ſui ambitum tenet: de cuius aqua oēs egri potantes ſananꝛ: vt dicit ado. Tempoꝛe ꝟo dominici michaelis ducis venetiarū coꝛpus huiꝰ martyꝛis inde a venetis ad coꝛum vꝛbē tranſlatū quieſcit in ducali baſilica ſancti marci. Paſſus eſt autem idibus maij.

¶ De ſanctis Toꝛquato et ſocijs epiſcopis. Cap. iij.

TOꝛquatus: ctheſiphon: ſecūdus: idaletius: cecilius: heſychiꝰ: ⁊ euſtathius rome a ſanctis apoſtolis epiſcopi oꝛdinati ad pꝛedicandū verbū dei ad hiſpanias miſſi ſunt. Cūqꝫ ad ciuitatem acitanam veniſſent: ⁊ quieſcentes modicum diſcipulos ad vꝛbem pꝛo cibis emendis deſtinaſſent: mox a paganoꝛū multitudine inſecuti ſunt: qui tunc dijs ſuis feſta celebꝛabant. Et cum eos vſqꝫ ad fluuiū pſecuti fuiſſent: cum gentiliū multitudo trāſire velleт: ruente ponte multi ex ipis in flumine necati ſunt. Viſoqꝫ miraculo lupanaria ſenatrix cū eis qui remanſerāt crediderunt. Poſt hec ſancti epiſcopi diuerſis vꝛbibus euangelizantes multos populos ad dominū conuerterunt. Et tandem Toꝛquatus acij: ctheſiphon vergij: ſecundus abule: indaletius vꝛſi: cecilius eliberi: heſychius carteſe: euſtathius eliurgi quieuerunt. Sed in ciuitate acitana ad ſepulchꝛū ſancti toꝛquati arboꝛ oliue in eius feſto p̄ter naturā diuinitꝰ floꝛens maturis oleis onuſtaꝛ: qua-